

Electronic Manipulus florum Project
www.manipulusflorum.com

Predicacio ak
cum uariis

Vt longe ante nos reuerende memorie Gregorius Nazazenus edocuit, non una et eadem exhortacio cunctis congruit quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe namque aliis officiunt que aliis prosunt. Quia plerunque herbe que hec animalia nutriunt, alia occidunt; et leuis sibilus equos mitigat et catulos instigat; et medicamentum quod hunc morbum mitigat, alteri uires iungit; et pastus qui uitam fortium roborat paruulorum necat. Pro qualitate igitur audiencium formari debet sermo doctorum, ut a sua singulis congruat et tamen a communis edificationis arte nusquam recedat.

Gregorius in pastorali et XXX. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

exhortacio] exhortacione B, exortacio (*cor. supra lin.*) M; officiunt] obficiunt B; hec *om.* P V¹ V² L¹ L²; animalia] alia M P V¹ V² L¹ L²; mitigat...moralium *illeg.* C; necat] negcat (*cor. sub lin.*) B, negant P V¹; audiencium] audiendiencium B; a *om.* V² L¹ L²; XXX. moralium] in moralibus V² L¹ L²